

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Vt mulier concipiat. Cap. VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

mi affunditur in vas èneum, stanno sublitum, patuli o-  
ris, mox contunduntur in marmorea pila ligneo pistil-  
lo, Romanæ menthæ libræ quindecim, sed vehemen-  
ter, vsq; donec ad vnguinis formam deuentum sit, tan-  
tum adde menthæ & absinthij, & in oleum indito,  
rude misceto, versatoque, sed vase operculato, ne fordes  
externæ aliquæ adjiciantur, tñduo, vt cōm madeant fi-  
nito, mox lento igne decoquas quotidie quinis horis,  
idq; quindenis diebus repetendum, vsq; adeo quo sub-  
iecta olei natura infusatum herbarum vim in se trahat:  
herbas mox, & oleum per lineum pannum percolato,  
prælo, vel manibus, vt purum oleum exprimas. In ole-  
um primo expressum alias herbas recenter concilas ad-  
dimus, denuo coquimus, subindeq; prémimus, eadem  
que obseruari in tertiam molitionem etiam conueni-  
er, & quotiens id innouamus, semper eandem operam  
impendemus, dum oleum viridem colorem contrax-  
erit. Sed separate succum ab oleo magna cura oportet,  
enim uero si quid in eo vel minimum substiterit, & oleum  
essetæ erit operationis, & totus modus deperit,  
argumētum optimæ decoctionis, & assumptionis hu-  
miditatis erit, si gutta super ignitam laminam instilla-  
ta, non stridet. Tandem libram cinnamomi, selibram  
nucum myristicarum, tantudem mastiches, & spicae  
nardi, & tertiam garyophyllorum partem separatim  
conteres, & per incerniculum traiecas in oleum remi-  
scabis, lignea rūdīcula remiscendo. Omne igitur in vas  
restaceum vitro sublitum condito, sed longo preditum  
collo, vt recte claudi, & operculari possit, capacitatistā-  
ta, vt tertia pars vasis inanis relinquatur. Quindem  
diebus in sole contineatur, ter, quater in die remisca-  
do, agitandoque, demum ad usum reponito.

## Ut mulier concipiatur. CAP. VII.

**M**ULTA circumferuntur remedia, quia maxime à  
magnatibus expetuntur, vt quæ diu steterat sic-  
tilis mulier, concipiatur. Antiqui ad conceptionem sal-  
uiam prædicabant, & in Copto Ægyptii post sequas pe-  
nitenias, ab his qui superfuerant, ad cum succum bi-  
bendum

bendum mulieres coactas fuisse, ut cōciperent plures, & foetus ederent. Sal etiam optimè genituræ consulit, nam non solum Venerem titillat, sed fœcunditatē prestat. Ægyptij suos canes ad coitum incertes salsamentis alacriores ad Venerem reddunt. Argumento est quoq; fœcunditatis, quod naves maritimæ, Plutarcho teste, tam immensa muriū prole, & fœcunditate onerantur, nec desunt qui fœminas mures absq; masculi coitu solo salis linctu concipere affirment. Et salsamentariae mulieres incontinenter pruriunt, & spectatæ sunt fœcunditatis. Ob id Poetæ Venerem αλιγενῆ ex sale, vel mari natam finixerunt. Ægyptiq; sacerdotes, eodem Plutarcho authore, à sale, & falsis edulis religiose se abstinent, quum illa tentiginem, & libidinem excitent. Nos vero tale probauimus, & optimum ceperimus.

*Remedium ad concipiendum.*

Vbi menstrua fluere desierint, tollito recens natum quum, coquito, moschum remisceto pondere grani frumentacei, quum cubitum pergit, absorbeat. Mane vero nouæ ollæ veteres fabas, saltum quinquennales indito, & aqua diu bulliant, & cubili surgens mulier sumū recipiat, veluti per infundibulum in muliebribus, per horæ spatiū: mox haustis quobus ouis sorbilibus, in lectum redeat, ac calidis linteis madorem exiccat, & abigat, & cum suo viro cocat, quiescat, deinde duo ouorum albumina cum bolo armento, ac draconis sanguine permisceat, ac lini stupam in eis madefaciat, & renibus applicet, & quia difficile hæret, fascijs cōstringenda est libertas decidēdi, mox surgat è cubili, noctu vero idem emplastrum innouet. Quum vero somnus irrepit, in ore zingiber verset. Idq; nouem diebus exequatur.

*Ad contagiosam venereum lucem remedia.*

C A P. VIII.

Q UAM eiusmodi morbus adeo saeuiter in humum genus grassaretur, multa ingenio, & experientia conquisita sunt præstantissima remedia, vt huic morbo occurramus. Et quum multa à multis describantur, hoc tamen nos uno solo contenti erimus, quod